

Johannes Vorst Augustus Fridericus Janus

De Paradiso Diatriba

Rostochii: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740003607>

Druck Freier  Zugang



R. U. Med. 1653

Vorkius, Johann / 6

Verf: Janus, August Friedrich

ΣΥΝ ΘΕΩ.
DE
PARADISO
DIATRIBA,

2VÆ
IN ILL. ACADEMIA ROSTOCHIENSI
PLACIDÆ VENTILATIONI SUB-
JICIETUR,

A
PRÆSIDE
M. JOH. VORSTIO,

ET
RESPONDENTE
AUGUSTO FRIDERICO JANO
HUSENSI HOLSATO.


DIE XIX. FEBRUARII.



ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

ANNO M. DC. LIII.



1653

SERENISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRIDERICO,
HEREDI NORVEGIÆ, DUCI SLES-
VICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET
DITHMARSIAE, COMITI OLDENBURGI ET
DELMENHORSTI, ETC.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Fecerat immensi flammantia mœnia mundi
Conditor ætherius, sidereasq; domos:
Fecerat humanam vili de pulvere prolem,
Esset ut effigies intemerata sui.
Fecerat: atque illis habitandus traditur hortus
Exsuperans Bajas, Elysiumq; nemus.
Quàm varios illic pingunt virgulta colores,
Quales non Iris pulchra referre solet.
Hic ultro patulis surgunt argentea labris
Lilia, quæ poterant & violare nivem.
Stabat & in medio secreti nominis arbor
Ardua, vitalis, numine plena suo.
Quid multis? vasti fuit hic nitidissima mundi
Area, lætitiæ deliciq; domus.
Hic nobis PARADISUS erit, Celsissime PRINCEPS,
Materies, de quâ pagina nostra refert.
Scilicet hæc placido, PATRIÆ PATER, aspice vultu,
Et clemens cæptis annue, quæso, meis.
Quòd si Te facilem dederis, FRIDERICE, petitis,
In PARADISIACIS esse videbor agris.

TUÆ CELS.

Devotiss. Servus, Cliens & Alumnus

AUGUSTUS FRIDERICUS JANUS,
Husenſis Holsatus.



Locum istum, in quem piorum animæ, cum corporibus suis excedunt, transferuntur, in sacris literis non semel appellatum reperimus *παράδεισον*. Primò quidem in illis verbis, quibus Saluator in cruce pendens, latronem affarus est: *Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ*. Sunt ea in cap. XXIII. Luca. Deinde idem vocabulum apparet in cap. XII. post. epist. ad Corinth. v. 4. Narrat ibi S. Paulus de seipso, sed quasi de alio loquens, se raptum ac translatum fuisse *εἰς τὸ παράδεισον*. Ibidem verò scribit etiam se raptum fuisse *ἕως τρίτου οὐρανοῦ*. Quo ipso non aliud dicere voluit, quàm quod verbis prioribus. Et locum beatorum propterea quidem vocat *τρίτον οὐρανόν*, quòd ipsius ævo vulgò triplex cœlum numerarent: unum in quo volitant aves: alterum in quo stellæ feruntur: tertium, in quo sunt animæ beatorum. Tertiò vox *παράδεισος* legitur Apoc. II. 7. in his quidem verbis: *τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τοῦ ζωῆς, ὃ ἐστὶν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ θεοῦ*. Ipsam vitam beatam designat Apostolus per τὸ comedere ex arbore vitæ. Ipsam verò arborem illam dicit esse *ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ θεοῦ*. Ita apparet, ipsum illum locum, in quo vitæ beatæ fruuntur, vocatum esse *παράδεισον τοῦ θεοῦ*. De vocabuli istius origine ac usu, atq; adeò de ipsis quoq; rebus quæ isto vocabulo significantur, libet in præsentia exercitii Academici causâ disquirere.

II. Græculi quidam vocabulum crediderunt origine Græcum esse, & compositum quidem. Svidas ita: *παράδεισος ἢ εἶρηται, παρὰ τὸ δέουσιν ἢ βρέχων ῥηματα πικρὸν ὄνομα δέουσος. παράδεισος παρὰ τὸ ὕψιλος εἰς ἰ*. Addit verò idem Svidas de alio quoq; etymo, quod quidem quæsierint alii. *οἱ ἢ φασί, inquit, παρὰ τὸ πικρὸν δέου-*

A

ται

πεινάει, ὅ ἐστι Βοτανῶν σύλληψιν. Gellius quoque eam vocem Græcis adscribere videtur. Sic enim ille in lib. II. cap. XX: *Vivaria quæ nunc vulgus dicit, sunt quos παρὰδεισες Græci appellant.* Sed hæc tamen de illis tantum Græcis, qui ipsius ætate fuerunt, intelligi possunt. Julius Pollux in lib. IX. Onomastici cap. 2. aperte proficitur, vocem esse exoticam. οἱ δὲ παρὰδεισοι, inquit, βαρβαρικὸν ἔναι δοκῶν τῆνομα. ἤκει καὶ κατὰ σύνθεσιν εἰς χρῆσιν ἑλληνικὴν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν περιτῶν. Dicit ille, venisse vocem istam in usum Græcum, quemadmodum multa alia. Intelligit autem sine dubio illa vulgo nota, ἀκινάκης, γαίφα, σατραπείης, παρὰδειγης, ἀγγαίης. Hesychius quoque talia habet, ex quibus colligere possis, ipsum originem vocis adscribere Persis. Primò quidem sic scribit: Παρὰδεισοι, τίθεται δὲ τῶν ἀναιδήτων, οἷός ἐστιν ἐν ᾧ παρὰπει, ἢ πόπι ἐνυδρῶ, ἢ ποί ἐνυδρῶ, ἐν ᾧ παρὰπει. Mox verò & hæc subdit idem Hesychius: καὶ ἡ βασιλέως καταλύσις. Per βασιλέως sine dubio intelligit Persarum Regem, quem sic κατ' ἐξοχὴν & sine addito appellare solebant Græci. Quoniam igitur παρὰδεισον significare dicit Persarum Regis καταλύσιν, hoc est, locum ubi diversatur Persarum Rex, videtur utique Hesychius sic statuisse, eam voce usos primitus fuisse Persas, eaque designasse locum talem, in quem Persarum Reges soliti fuerint divertii. Licet autem subodorari, unde Hesychius postremum illud hauserit. Unde & porro dubitare cuipiam subeat, an Hesychius satis rectè interpretatus sit. Prodidit Diodorus Siculus in lib. XVI, Sidonios, cum unâ cum cæteris Phœnicibus Persarum Regi Artaxerxi bellum inferre meditantur, vastasse βασιλικὸν παρὰδεισον, ἐν ᾧ πᾶς καταλύσις οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐώθεισαν πεινάει. Scilicet hoc vult Diodorus, Persarum Reges in Paradiso isto, qui prope Sidonē fuit, solitos fuisse καταλύσις πεινάει diverfari, si quando in Syriam ac Phœniciam venirent. Non eadem igitur Diodoro sunt παρὰδεισοι & ἡ βασιλέως καταλύσις. Ο παρὰδεισοι locus fuit, in quo καταλύσις illa fiebat. Et fortasse ipse Hesychius quoque sic scripserat: καὶ πόπι, ἐν ᾧ ἡ βασιλέως καταλύσις. Cæterum illud βασιλικὸς παρὰδεισοι, quod apud Diodorum est,

inter-

Interpres vertit, *regium Paradisum*: eaq; suâ interpretatione intelligendum dat, vocem *παράδεισος* ὅ ἄρχῃ origine Græcam non esse, sed à Persis ad Græcos transfuisse. Si enim credidisset, vocem *παράδεισος* ὅ ἄρχῃ vulgari Græcâ Lingvâ *hortum* significare: vertisset utiq; voce *hortus*, dixissetq; *regium hortum*. Nunc verò retinet ipsam vocem *Paradisus*: ut nim. Persicam rei appellationem in suâ quoq; versione demonstraret; quod & ipsum Diodorum facere voluisse videtur credidisse.

III. Non rarò sanè vocem *παράδεισος* ὅ ἄρχῃ apud Græcos scriptores reperias: vix tamen alibi quàm ubi de Persicis hortis ac vivariis scribunt. Ipse jam dictus Diodorus *κῆπον κρεμασέν, hortum pensilem*, quem prope arcem Babylonicam à quodam Syro rege exstructum in lib. II. narrat, *παράδεισων* vocat. Verba Diodori, ut à Rhodomanno versa, hæc sunt: *Erat etiam pensilis, ut vocatur hortus juxta arcem non à Semiramide, sed Syro quodam rege posteris temporibus in gratiam Pallacæ adificatus. Quæ cum ex Persiâ, ut perbibent, oriunda esset, in montibus prata requirens à Rege, ut artificioso quodam plantario Persicæ naturam terra imitaretur, contendit. ἐστὶ ἡ ὁ παράδεισος ὅ τὴν μὲν πλεωρὰν ἐκάσθην περικτείνων εἰς τέσσαρα πλάερα, Paradisus ille unumquodq; latus ad quatuor plethra extendit.* Vides hîc quoq; interpretem in versione suâ vocem *Paradisus* posuisse: non autem vertisse Latinâ voce *hortus*, quemadmodum paulò antè vocem *κῆπος* ὅ ἄρχῃ sic verterat. Antiquior Interpres Poggius vocem *παράδεισος* ὅ ἄρχῃ quoq; Latinâ voce *hortus* vertit. Et versio quidem postremorum verborum sic habet: *Hujus horti singula latera jugeribus quatuor extenduntur.* In cujus gratiam Rex Syrus hortum istum pensilem struxerit, ei Rhodomannus, ut apparet, credidit Pallacæ fuisse nomen. Nobis cum Poggio videtur sic potius vertendum, *in gratiam pellicis*. Ipse Diodorus sic habet: *χάριν γυναικὸς παλλακῆς.*

IV. Caterum quem Regem Diodorus nominare vel non potuit, vel id facere supersedit, de eo nobis liquidò constat ex fragmento Berosi, scriptoris antiquissimi, quod Josephus lib. X. *Ἰουδαίων*. cap. XI. asservavit. Quædam ejus fragmenti verba sic ha-

bent: ἐν ᾗ τοῖς βασιλείοις, ἀναλήμματα λίθινα ἀνωκοδόμησα, τὴν ὄψιν ἀποδίδει ὁμοιότητα τοῖς ὄρεσι, καὶ κατεφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς, ἐξαιρούσασα καὶ κατεσκεύασε τὸν καλέμνον κρεμασὴν παράδεισον, δια τὴν γυναῖκα αὐτῆς Σπιθυμῆν τῆς οἰκίας διαθέσεως, ὡς περὶ τὴν ἀναλήμματα ἐν τοῖς κτ' Μηθίας τόποις. Totum fragmentum de Nabuchodonosori rebus gestis agit: ejus de quo nobis ex sacris literis constare potest. Istis autem verbis proditum est, in regiâ istâ, quam Nabuchodonosorus novam struxerit, moles saxearum fornices ipsum suspendisse, montium speciei referentes, variisque arboribus conferendo perfecisse appellatum sic hortum pensilem. Diodorus κρεμασὴν κήπον dixit. Berofus verò multò antiquior, & Alexandri Magni σύγγραμον κρεμασὴν παράδεισον. Uterque verò addidit, τὸν καλέμνον. Quâ voce respexisse videntur ad ipsas Babylonicas appellationes: quòd nim. Babylonii vocabulo suæ lingvæ pensilem vocarint hortum istum. Berofus autem vocem παράδεισον, ut τὴν κήπον æquivalentem usurpat. Verisimile tamen est, ipsum quoque voce παράδεισον ipsum Babyloniorum nomen 𐤢𐤍𐤏𐤍 referre voluisse. Sed de hoc postea.

V. Xenophon, Berofus aliquanto antiquior, non semel etiam vocem παράδεισον usurpavit: non autem alibi quàm ubi de rebus Persicis agit. Et is fortasse quàm rectissimè docere nos poterit, eam vocem origine Græcam non esse. In Oeconomico quidem narrat his verbis: Ἐν ὁπίσθαις τε χώραις ἐνοικεῖ, καὶ εἰς ὁπίσθαις Σπιθρέφεται, Σπιθμελεῖται τέτων, ὅπως κήποι τε εἴσονται, οἱ παράδεισοι καλέμνοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεσοῖς, ὅποσά ἢ γῆ φύειν ἐθέλει, καὶ ἐν τέτοις αὐτοῖς τὰ πλεῖστα διατρέβει, ὅταν μὴ ὄρα τὸ ἔτος ἐξείργη. Scribit ille de Persarum Rege, huncque narrat operam dare, ut in omnibus provinciis hortos habeat, in quibus vivere commodè possit. Addit autem, ubi de istis hortis agit, οἱ καλέμνοι παράδεισοι. Ex quo intelligitur, istos duntaxat Persicos hortos eo nomine appellatos fuisse. Si vox κήπον & vox παράδεισον tunc temporis æquè frequentata fuissent, non sanè addidisset illud, οἱ καλέμνοι παράδεισοι. Sufficisset κήπος eos appellasse. Hoc igitur sibi vult, Regum Persiarum hortos

hortos peculiari quodam nomine παραδείσους, fuisse dictos: simulque intelligi datur, Græcos suâ ipsorum dialecto hortos tum temporis παραδείσους non vocasse.

VI. Sed dixerit quis, vocem illam habere sanè Græcam πῖσιν ac formam: si autem Xenophon id modò dicere voluisset, apud Persas hortos vocari παραδείσους, uti ipsum debuisset voce Persicâ, sicut ipsi Persæ usi fuissent, & sine Græcâ πῖσιν. Si igitur in hunc modum quis dubitaverit, respondemus, Xenophontem nihil insolens fecisse, quòd cum Persicâ vocem demonstrare voluit, Græcam ei πῖσιν adjecit. Nimirum Græci, imò & Latini, sic non rarò faciunt, ut si peregrinæ Lingvæ vocem referant, ex suâ Lingvâ ei πῖσιν adjiciant. Cum Præfectos Persarum nominant Græci, perpetuò eos σατραπῆς vocant, vocabulo scilicet Persico quidem, sed novâ πῖσιν affecto. Vetus Auctor de morbis, qui Hippocrates esse creditur, in libro IV. de Scythis narrat his verbis: ἐκχέοντα τὸ πῖσιν γάλαξος ζύλα κῆλα, σείσει. τὸ δὲ παρασώμενον ἀφελῆι καὶ διακρίνεται. καὶ τὸ μὲν πῖον, ὃ βέτυρον καλέουσιν, Ἰπποκλήης δίδραται. Scribit ille, Scythas pingve illud, quod ex lacte multum agitato à cæteris partibus fecernitur, βέτυρον appellare. Non autem ipsi Scythæ istâ πῖσιν vocabulum affecerunt: sed fecerunt id Græci, & dein de vocem sic flexerunt, uti aliàs facere solent. De Germanis scribit Tacitus, ipsos hastas, vel ipsorum vocabulo frumeas gerere. Vides & hunc, cum Germanicum vocabulum exprimere voluit, Latinam ei πῖσιν adjecisse. Florus lib. II. cap. XVIII. de Cimbris: *Cum se prius epulis implevissent carnis semicrude & celiæ. Sic vocant indigenæ ex frumento potionem.* Vides & hunc vocabulo Germanico Latinam πῖσιν adjecisse. Atque hoc apud Auctores tantum non perpetuum est. Neque igitur mirum est, Xenophontem quoque sic fecisse.

VII. Cæterum de hortis istis, τοῖς καλαμένοις παραδείσοις Xenophon in superioribus verbis prodidit, eos fuisse repletos omnibus bonis, quæ terra producere soleat. In eandem sententiam mox in eodem Oeconomico addit, Reges Persarum operam dedisse, ὡς κήλησι κατασκευασμένοι δένδρεσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπασιν καλοῖς.

δοα ἢ γῆ Φέρει. Narrat item in eodem libro, venisse aliquando Lyfandrum Lacedaemonium ad Cyrum minorem Sardibus agentem, eiq; ab eodem Cyro ostensum fuisse τὴν ἐν Σάρδεσι παράδεισον, *paradisum illum, quem ipse Cyrus artificiosè ac eleganter consererat.* Eandem historiam refert & Tullius in lib. de Senectute: quodq; Xenophon dixerat, τὴν ἐν Σάρδεσι παράδεισον, id Tullius nec *hortum*, nec *paradisum* dixit, sed *conseptum agrum, diligenter consitum.* Sed non tantum plantas & arbores habuerunt isti Persarum paradisi, sed & varia animalia. In quarto ἑλληνικῶν idem Xenophon scribit, fuisse μετ' ἐς δένδρων καὶ θηρίων. In lib. I. *παρσίας* Cyri, Astyagem ad Cyrum sic loquentem fecit: *πέ τε νῦν ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία διδωμί σοι.* Ibidem verò de animalibus istis sic quoq; loquitur: *περιωκοδομημένα θηρία τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Item in lib. I. De expeditione Cyri de Celænis Phrygiæ urbe narrat, Cyrum ibi habuisse regiam, καὶ παράδεισον μέγαν, ἀγρίων θηρίων πλήρη, ἃ ἐκείνῳ εἰθέρουσι ὅτι ἵππες, ὅσοι τε γυνάσται βέλαιο ἐαυτὸν τε καὶ εὖ ἵππες. Ceterum in his observetur & illud, quòd voce παράδεισος hic utatur quasi origine Græca esset: & nisi aliunde constaret, esse Persicam origine, sciri illud ex his non posse. Sed alter iste locus, quem paulò antè retulimus, perquam manifestus est, nec de origine vocis quenquam dubitare sinit.

VIII. Post Xenophontis ætatem sensim vox ista in Græcam linguam se insinuasse videtur, sic ut Græcâ civitate donaretur ea, & quosvis amœnos hortos, non Persicos modò significaret. Et tum quidem præcipuè, cum jam Macedones Orientem, atq; adeò ipsos quoq; qui Regum Persarum fuerant, paradisos tenerent. Gellius testis est, ut jam supra est dictum, suâ ætate Græculos *παράδεισους* vocasse septa illa, quibus feræ includebantur: quæ & Latinis *vivaria* dici scribit. Græci Interpretes Vet. Test. qui tempore Ptolemæi Philadelphi vixerunt, plurimum utuntur voce παράδεισος, eaq; subinde exprimunt Hebræam vocem *גַּן*, quæ *hortum* significat. Hortum istum, in quo protoplasti initio agebant, quiq; in Hebræo *גַּן* vocatur, ipsi perpetuò παράδεισον vocant. In cap. II. Gen. v. g.
sic

sic vertunt: ἐφύπτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἑδέμ. Et in v. 9. ἡ
 ξύλον τῆ ζωῆς ἐν μέσῳ τῶν παραδείσων. In cap. III. v. 23: ἐξαπέστειλεν
 αὐτὸν κύριος ἐκ τῶν παραδείσων. In cap. XIII. ad Gomorrha dicitur
 fuisse גִּן עֵדֶן ut *hortum Dei*, hoc est, amœnissimum. Id Interpre-
 tes sic expriment: ὡς ὁ παράδεισος τῶν θεῶν. Sic & Es. I. 30. vertunt:
 ὡς παράδεισος ὁ ὕδαρ μὴ ἔχων. Et Jerem. XXIX. 5. καταφυτεύουσι
 παράδεισους ἢ φάρατα. Apparet planissime, Interpretes istos vo-
 cem παράδεισος sic usurpasse, ut *quemvis hortum amœnum* eo signi-
 ficarent. Et tantum hoc interfuisse videtur inter voces κήπων &
 παράδεισος, ut illud quemvis hortum, non adeo amœnum quoque:
 hoc verò amœnissimum quemque significaret. Josephus item
 libro I. δεχαιολ. c. 2. hortum Eden modò κήπων, modò παράδεισον
 vocat, atq; ita posteriore voce ut satis jam Græcâ utitur. Sic & Phi-
 lo facit. In libello Siracidæ quoq; & in historiâ Susannæ sæpe reperi-
 tur vox ista. Et in posteriore quidem inter alia sunt ista:
 ἦν αὐτῷ παράδεισος γαιτῶν. περιεπάτει ἐν τῷ παράδεισῳ τῶν ἀν-
 δρῶν. Apparet, eam vocem nihil aliud quam amœnum κήπων signifi-
 care.

IX. Cæterum Græci Interpretes non tantum ibi utuntur vo-
 ce istâ, ubi Hebræum גִּן est exprimendum, verum etiam, ubi Hebræa
 vox פרדס apparet. Ipsum verò פרדס ter modò in sacris literis
 reperitur. Primò in Eccl. II. 5: ubi verba sic habent: לִי יָצַעְתִּי
 וּפְרָדִים וְיָצַעְתִּי בָּהֶן אֲרָבוֹת feci mihi hortos, & plantavi in illis arbores, quæ
 omnis generis fructus ferunt. Hic vocem פרדס vix exprimere licet
 aliâ voce, quam eâ quæ à nobis posita est. Quoniam tamen & in
וַיִּצְעַתְוֹ אֲרָבוֹת & in וּפְרָדִים varias arbores se plantasse dicit, vertamus,
viridaria: ut sic binis Hebræis vocibus bina Latina respondeant.
 Porrò פרדס quoq; credamus hortum præcipue amœnum significa-
 re. Græci eam locum sic verterunt: ἐπιήσοι μοι κήπους ἢ παρα-
 δείσους. Deinde eadem Hebræa vox reperitur etiam Cant. IV. 13.
 Verba ibi sic habent: וְרִמְתִּי בְּרִמְתֵּי פְרָדִים רְמוֹנִים. Quæ Græci sic verte-
 runt: ἀποστολαί σὺς παράδεισῶν ῥοῶν. Latinus autem sic: *Emissiones*
sue

sua paradisus malorum puniceorum. Mox verò adduntur talia ex quibus
 facile intelligi potest, פּרדס significare locum, qui præstantissimis ar-
 boribus sit confitus. Sequuntur quidem hæc: פּרדס פּרדס
cum fructibus pretiosis. Tertius locus est Nehem. II. 9. Narrat ibi di-
 vinus scriptor, se à Persarum Rege inter alia & hoc petiisse, ut sibi lita-
 ras daret ad Asaphum שומר הפרדס אשר למלך præfectum sylvæ,
 quam Rex habebat, ut ex illâ sibi suppeditarentur ligna ad trabes porta-
 rum. Vulgatus vertit: *custodem saltus Regis.* Satis apparet,
 פּרדס hîc significare locum, qui talibus arboribus sit confitus, ex
 quibus trabes sumi soleant, hoc est, saltum, sylvam. Hæc igitur si-
 gnificatio paululum discrepat ab eâ, quæ in Ecclesiaste & Cantico ap-
 parer. Cognata tamen ea est alteri. Græci Interpretes ad hoc po-
 stremum quoque exprimentum usi sunt voce παραδείσος. Et Ala-
 phum istum vocarunt Φύλακα τῆς παραδείσος. Nimirum, cum vox
 παραδείσος Græcâ civitate donata jam esset, adeo ut Hebræam vo-
 cem פּרדס eadem exprimere posset, vel maximè ibi eadem voce uten-
 dû putarunt, ubi ipsa Hebræa vox פּרדס apparebat, quæ & ipsa a-
 mœnum hortum, locum arboribus confitum significabat.
 Vox Persarum occasionem dedit, ut antè exposuimus, ut ipsi Græ-
 ci quoque amœnos hortos vocarent παραδείσος. Deinde Græ-
 ci Interpretes eâ voce ut indigenâ sunt usi. Cæterum & hoc nunc
 constat, non unam modò gentem Orientalem, sed omninò plures
 voce פּרדס fuisse usas. De Persis jam constat. De Hebræis itidem.
 Cum Lingva Hebræa satis purâ adhuc esset, nec aliarum gentium vo-
 cabulis inquinata, Hebræi illâ voce jam fuerunt usi, temporibus Salo-
 monis puta. Nec dubium est, quin & Chaldæi eâ voce plurimû usi fue-
 rint. Et illum quidè κρημνὸν τῆς παραδείσου, quem à Nabuchodonosoro
 constructû ex fragmento Berosi suprâ intelleximus, ipsi Chaldæi sine
 dubio vocarunt פּרדס התלוי. Sanè Chaldæi quoque Interpretes eâ
 voce non rarò sunt usi. In Cant. II. 5. ubi & in Hebr. est פּרדסים,
 sic legitur, שָׁקוּן וּפְרָדְסִין שְׁקוּן הַגֵּרְרִים horti irrigui & pomaria. In Gen.
 XIV. 2. voces מִישַׁר פְּרָסְרָיִם sic expressæ sunt, מִישַׁר פְּרָסְרָיִם

wallis

vallis hortorum. Rabbinī quoq; plurimū eā voce ad significandum *hortum* utuntur. Et quidem *αληθινὸν λαῶς*, dicunt etiam פּרדסוֹר. Porro & versio Syriaca quæ in vasto opere Parisiensi est, Gen. II. 9. במצעתרה דפרדסוֹר in medio horti sic expressit, כמיוֹן פרדסוֹר. Chaldaeo-Samaritana quoq; quæ in eodem opere est, ibidem sic habet, כמיוֹן פרדסוֹר. Vides & Syrum, & Samaritanum usurpasse vocem פּרדסוֹר, ubi in Hebræo est vocula יָא. Quòd autem Samaritanae vocis *ἡῶσις* habet הָ, id pro solenni istius Interpretis est factum. Habet enim hic Interpretēs pro Chaldaeorum Nubi; הָ.

X. Sed quī factum est, ut in sacris literis N. T. locus beatorum *παράδεισος* non semel sit dictus. Intelleximus, eam vocem à Persis migrasse ad Græcos: quod & Pollux in Onomastico suo ferme factus est. Quā occasione item ad Græcos ea vox migraverit, id itidem intelleximus. Nunc cogitandum est, quā occasione id sit factum, quòd vox *παράδεισος*, quæ Græcis *hortum* jam significabat, ad denotandum locum beatorum sit usurpata. Primò est locutio metaphorica, cum locum beatorum appellamus *hortum*. Deinde nomen commune κατ' ἀντονομίαν ponitur pro nomine proprio; *hortus* pro *hoc horto*. Quæ verò hujus appellationis occasio? Hæc nimirum, quòd veteres Hebræi locum beatorum פּרדסוֹר *hortum* appellarunt. Sanè multarum tum phrasium, tum quoq; vocum singularum, quas in sacris N. T. codicibus observamus, ex veterum Hebræorum loqvendi modo petenda est ratio. De isto autem loqvendi modo ex Talmudicis ac Rabbincis codicibus constare potest. Multumq; laborarunt viri docti, ut ex codicibus istis illum loqvendi modum nobis eruerent: quod & feliciter præstiterunt. Cur S. Johannes Apoc. II. 2. XX. 6. 14. XXI. 8. æternam damnationem vocet θάνατον δεύτερον, ejus utiq; ratio ex libris Hebraicis, quī circa ea tempora sunt scripta, optime intelligitur. Nimirum istius rei occasio hæc fuit, quòd Hebræi istā ætate æternam damnationem vulgò vocarent מוֹת שְׁנִייתָא *mortem secundam*. Quam appellationem visere licet in Chaldaicis paraphrasib⁹ Es. LXV. 6. 15. Jer. LI. 39. 57. & alibi. Item, cur sacri scriptores hunc mundum *αἰῶνας* voce pl. num. nuncuparint, ex scriptis Hebraicis, quæ

B

circa

circa ista tempora composita sunt, iidem scimus. Primò quidem
 vox αἰὼν novam significationem recepit. Nam in vulgaribus Græ-
 cis scriptoribus mundus non αἰὼν, sed κόσμος appellari solet. Quòd
 autem vox αἰὼν novam istam significationem, ut scilicet mundum
 significet, recepit, ejus hæc occasio fuit, quòd illa ipsa Græca
 vox vulgari suâ significatione congrueret cum Hebræâ quadam,
 quæ præterquam quòd aeternitatem, etiam mundum significat: cum
 voce עולם pura. Porrò עולם mundum Hebræi dividunt in tres
 magnas partes, supremam, mediam & infimam: & singulas quoque
 partes eodem nomine appellant, quo ipsum totum. Supremam
 partem vocant עולם העליון mundum superiorem: mediam partem
 vocant עולם התיכון mundum mediū: infimam vocant עולם התחתון
 mundum inferiorem. Ita jam habemus tres עולמים mundos. Et ad
 tres istas partes designandas sacri Scriptores N. T. usi esse videntur
 nomine pl. num. αἰῶνες. Cujus rei exemplum est Hebr. XI, 3.
 τίσει νοῦς μὲν καὶ καταστήσει τὸν αἰῶνα ῥήματα θεῶν. Cæterum quemad-
 modum Hebræi partes mundi עולמים, & Scriptores N. T. αἰῶνας
 appellarunt: ita & S. Clemens in epist. ad Corinthios, quam Patri-
 tius Junius edidit, magnas mundi partes κόσμος appellavit.
 Οἱ μὲν ὡκεανὸν κόσμος, inquit, ταῖς ἀνωταῖς ἰσχυραῖς τῆ δεωότητος
 διεθύνοντα. Ut igitur multa alia, sic etiam vox παράδεισος
 usurpata est à novi Fæderis Scriptoribus: quòd scilicet ad Hebræa-
 rum vocum vim ac usum respicerent, qui ipsorum ætate obtine-
 bat. Quòd vox פרדס quæ hortum significabat, vulgò per meta-
 phoram, & deinde per synecdochen usurparetur ad locum beatorum
 designandum, isti quoque novi Fæderis Scriptorum ad eundem illum lo-
 cum designandum tali voce sunt usi, quæ ipsorum ætate Græcâ civi-
 tate donata jam erat, & hortum vulgò significabat. Cumque
 constet, veteres Hebræos locum beatorum appellasse פרדס, conji-
 cere sanè etiam licet, ipsum Salvatorem in istis verbis, quibus
 latronem in cruce pendentem affatus est, ipsam vocem פרדס
 vel פרדס expressisse. Cæterum observare etiam licet,
 Interpretem Arabem eadem voce ad eundem locum designan-
 dum

dum usum esse in cap. XI. ep. ad Hebr. v. 5. Habet a. sic: *Per fidem Hano-
nochus* *العنبر دوس* *من رفع الي الغرس دوس* *elevatus est in hortu, paradisu.*

XI. Quæ verò istius appellationis, quam ipsi Hebraei usurpa-
runt, occasio fuit? Hæc nimirum, quòd locum divinæ amœnitatis re-
cipiendis sanctorum Spiritibus destinatum, ut Tertullianus loquitur,
soliti fuerunt comparare cum horto isto qui in Edene fuit, & in
quem primi homines immissi fuerunt. Freqvens sanè est, in ipsi-
s quoq; sacris literis, conditionem beatorum, quâ post hanc vitam ipsi
utuntur, describi per amœnitatem hujus vitæ. Cum igitur de hor-
to quodam amœnissimo, qui in omnium rerum primordio fuisset,
Hebræis ex sacris literis constaret, libuit illis locum beatorum *פרדס*
hortum appellare. Itemque *per aternâ beatitudine frui* expres-
serunt per *comestionem ex arbore vitæ*. Quâ phrasi usus quoque est
S. Johannes in Apocalypsi. Nim. in cap. II. v. 7. sic scribit:
Τῷ νικῶντι δώσω ἀπὸ Φαγεῖν ἐκ τῆς ἕυλας τῆς ζωῆς, ὃ ἐστὶν ἐν μέσῳ
τῆς παραδείσου τῆς θείας. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in*
medio horti Dei. Vulgata versio habet: *quod est in paradiso Dei mei.* Quæ
quidem versio expressa est juxta hanc quorundam codicum Græco-
rum lectionem, *ἐν παραδείσῳ τῆς θείας μῆς.* Sed altera lectio sine du-
bio rectius se habet. Nam & in Genesi, cap. II. v. 9 legitur, *arbo-*
rem vitæ fuisse *בתוך הגן* *in medio horti.* Cæterum *arboris vitæ* alibi
quoque in Apocalypsi fit mentio; itidem ad designandam conditio-
nem beatorum. In cap. XXII. v. 14. dicitur, *ἐξῆστῶν τῶν ποιῶντων τὰς*
ἐντολάς τῆς θείας ἔσονται ἐπι τῆς ἕυλας τῆς ζωῆς, potestatem eorum qui man-
data Dei faciunt, fore in arborem vitæ, hoc est fore, ut ipsis liceat ex ar-
bore vitæ comedere. In v. 2. quoque ejusdem cap. memorat S. Johan-
nes, demonstratam sibi fuisse arborem vitæ, quæ duodecim fructus
habuerit, *et singulis mensibus fructus reddiderit: folia quoque, istius arboris*
medicinam esse gentium. Cæterum solent quoque Hebræi locum bea-
torum cum addito appellare *פרדס נשמות* *hortum animarum:* ut
etiam notatum est Viro Cl. Gvil. Vorstio, in notis ad Hal. Maimoni-
dæ de Fund. legis. Idque ad differentiam alterius *פרדס* *horti,* quem
itidem cum addito vocant *פרדס חכמה* *hortum sapientia.* Per
hunc autem intelligunt ipsam sapientiam & cognitionem rerum.

Maimonides in cap. IV. Hilch. Jesudoth five de Fundamentis legis, de posteriore isto ita: וענייני ארבעה פרקים אלו שבחמש מצוות: Materiam quatuor istorum capitum, quæ istis quing, continetur præceptis, vocarunt præsci sapientes Paradisum. Vide & Notas Guil. Vorstii ad hunc locum.

XII. Porro non tantum פֶּרֶדֶס appellat locum beatorum, sed & עֵדֶן הַגֵּן *hortum Edenis*: illo ipso scilicet nomine quo Moyse designavit hortum istum quem in rerum primordio Deus creavit. Hinc etiam istæ pro defunctis orationes: עֵדֶן נִשְׁמַתוֹ תְּהֵאֵת צִרְוֹרָתוֹ בְּגֵן עֵדֶן *sit anima ejus in horto Eden*. נִשְׁמַתוֹ תְּהֵאֵת צִרְוֹרָתוֹ בְּגֵן עֵדֶן *anima ejus sit collecta in horto Eden*. Distingvunt etiam Rabbinii hortum Eden hujus seculi, & hortum Eden futuri seculi. In antiquo Comment. in Gen. רַבָּה בְּרַאשִׁית רַבָּה dicto prædictum est de duobus Rabbinis de pœnâ Adami inter se dissentientibus: וְיִשְׁלַחְתוּ יוֹם מִגֵּן הַיְהוּדָה וְרַ/ נַחְמִיָּה וְרַ/ יְהוּדָה אָמַר שְׁלַח מִגֵּן עֵדֶן בְּעוֹלָם הַזֶּה וְשְׁלַח מִגֵּן עֵדֶן לְעוֹלָם הַבָּא וְרַ/ נַחְמִיָּה אָמַר שְׁלַח מִגֵּן עֵדֶן בְּעוֹלָם הַזֶּה וְרַ/ יְהוּדָה אָמַר שְׁלַח מִגֵּן עֵדֶן לְעוֹלָם הַבָּא. Sensus est, R. Jehudam dixisse, Deum expulisse Adamum ex horto Eden & hujus & alterius seculi: R. Nehemiam autè dixisse, expulisse duntaxat ex horto Eden hujus seculi. Quidam etiam Rabbinii עֵדֶן הַגֵּן distinguunt ab illo loco, in quo beati futuri sunt post resurrectionem. R. Joseph Jachiades v. XIII. cap. XII. Dan. sic וְאַתָּה דַּנְיָאֵל לֵךְ לִקְצֵי חַיִּיק בְּעוֹלָם הַזֶּה. וְאַחַר כֵּן בְּמוֹתָךְ תִּנּוּחַ בְּמַנְדוּרָה גֵן עֵדֶן. וְלִקְצֵי הַיְמֵי הַעֲמוּד וְתַחֲנוּן כְּתַחֲנוּן הַמַּתִּים וְתִזְכְּרֵהוּ גִּוְרֵלְךָ הַטוֹב בְּעוֹלָם הַבָּא. *Tu autem Daniel, perge ad vitæ tuæ terminum in hoc mundo. Postea verò cum mortuus fueris, quiesces quiete horti Edenis. At in fine dierum consistes & vives in resurrectione mortuorum, & assequeris sortem tuam bonam in mundo futuro.* Vide & eundem Jachiadem ad cap. VIII. Dan. v. 14.

XIII. De Muhammede, qui in septimo seculo post Christum natum exortus fuit, notum est ipsum in sacerrimū suum librum, quem Coranum vocavit, plurima ex scriptis Talmudicis transtulisse. Quod ipsum

ipsum etiam peculiari quodam capite demonstravit Vir Cl. Theod. Hackspanius in tractatu suo de vario scriptorum Judaicorum usu. Sic igitur & hoc ex Talmude & scriptis Rabbinicis hausit Muhammed, quod locum beatorum & ipse hortum vocat. In Suratâ LXXIX. quasi magna eum sanctitas incessisset, scribit in hanc sententiam: *Quisquis exorbitavit & prætulit vitam seculi hujus, certè ejus domus erit infernus. Timens autem stationem Domini sui, animamq; suam reprimens à concupiscentiâ,* **فَانَّ الْجَنَّةَ هِيَ النَّارُ**

utiq; hortus erit possessio ejus. In Suratâ XLIII. exponit, quanta carnalis voluptas futura sit in horro. *O servi mei, inquit, non erit tunc super vos timor, neq; tristes futuri estis. Qui crediderunt signis nostris, & fideles fuerunt,* **انْجَلُوا الْجَنَّةَ** *ingredimini hortum vos & uxores vestrae: circumferetur inter eos patina ex auro, & phiala in quibus erit quicquid anima concupiverint, dulces erunt fontes, vosq; perpetuò ibi vivetis.* In his locum beatorum vocat **جَنَّةِ** hortum, sine addito. Alibi verò vocare etiam solet **جَنَّةِ عَدْنِ** hortum voluptatis, ut in Sur.

XXXVIII. & XL. Item **جَنَّةِ النَّعِيمِ** hortum amœnissimum,

ut in Sur. XXXIX. Multa quoq; alia de suo quem statuit paradiso, prodidit planus iste. Ut in modò dictâ Suratâ XXXVIII: *In h. orto voluptatis aperientur ipsis portae: discumbent in eo, patientur in eo fructibus multis & sorbitione.* Item in Suratâ XLIV: *Vestientur holoserico & splendidissimo. E regione positæ conjuges eorum cum excellentiâ oculorum.* Item in Suratâ XXXVII: *Talibus erit victus nobilissimus, poma. Et ipsi hononabiles erunt in orto amœnissimo, super grabatos ex adverso positi. Circumbibit inter eos in poculo de fonte clarum suavitate sorbentibus, in quo non defectus, nec ipsi inde damnum accipient.* Congessit hæc, & in istum modum vertit Cl. Schickardus in brevi quadam de Paradiso Saraceno Judaicâ dissertatione. His subjungo nunc narratiunculam quandam, quam Gesnerus de ave paradisi, quam vocant, in historiâ animalium habet: *Reges Marimin (in Insulis Moluccis) paucis ante*

annis immortales esse animas credere cœpere, haud alio argumento ducti, quam quòd aviculam quandam pulcherrimam nunquam terra aut cuiquam alii rei, qua in terra esset, insidere animadvertent, sed aliquando ex summo aethere ex animam in humum decidere. Et cum Mahumethani, qui ad eos commercii causa commearent, hanc aviculam in paradiso (loco isto, quem Muhammed &c. hortum ugar' è ʔoʔiv appellavit) oriam, paradisum verò locum animarum quæ vitâ functæ essent, attestarentur, in duerunt hi reguli Mahumethi sectam, quòd hac de hoc animarum loco mira polliceretur. Aviculam verò, manu codiata, id est, aviculam Dei appellant: quam adeò sanctè religiose habent, ut se eà reges tutos in bello existiment, etiamsi suo more in primâ acie collocati fuerint: plebeji autem capbræ, id est gentiles sunt.

XIV. Apparuit hortum istum, quem initio rerum Deus creavit, & protoplastis habitaculum esse voluit, occasionem dedisse, ut locus beatorum חרפ hortus, & ירדן hortus Eden sit appellatus. Ergo de ipso illo primævo horto quoque, qui appellationis occasionem dedit, paucis nunc dispiciamus; præsertim cum & hunc paradisi nomine vulgo insigniri animadvertamus. Sulp. Severus lib. I. hist. sacræ scribit, Adamum & Evâ constitutos fuisse in paradiso. Quibus verbis voce paradísus hortus qui in Edene fuit, utiq; designatur. Sic & Augustinus lib. VIII. in Gen. cap. 7. paradísium vocat in his verbis: *Quoniam locus paradisi à cognitione hominum est remotissimus, inde quatuor aquarum partes dividi credendum est, ut fidelissima Scriptura testatur. Sed ea flumina quorum fontes noti esse dicuntur, alicubiisse sub terras, & post tractus prolixarum regionum locis aliis erupisse, ubi tanquam in suis fontibus noti esse perhibentur. nam hoc solere nonnullas aquas facere, quis ignorat?* Cæterum Paradisi situm, ut apparet, S. Augustinus existimavit à cognitione hominum esse remotissimum. Prædictus Sulpitius verò cum aliis veterum credidit, paradísium fuisse extra hunc orbem. Scribit enim ampliùs sic: *Sed constituti in paradiso, cum prædictam sibi arborem degustassent, in nostram velut exules terram eieci sunt.* Verùm enim verò constare primò satis certò potest, hortum istum, in quo protoplasti primitus egerunt, in hac nostrâ terrâ, in hoc nostro orbe fuisse. Sic enim situm illius descripsit S. Moyses, ut facile appareat, ipsum certum quemdam locum in hoc orbe, & hominibus,

bus, præsertim illis qui ipsius ætate vixerunt, satis notum, voluisse demonstrare. Primò prodidit, hortum fuisse עֵדֶן. Quod quidem minùs rectè vertit Latinus Interpres, cum ita vertit, *paradisus voluptatis*. Vox עֵדֶן significare quidem potest *voluptatem, oblectationem*; atq; ita appellativum quoq; nomen est, ut Grammatici vocant. Hic tamen ea significatio obtinere non potest: & sine dubio vox ista est nomen proprium cujusdam regionis. Non dicitur עֵדֶן בְּגֵן: sed verò עֵדֶן בְּגֵן. Hortus iste dicitur fuisse in ista re, quæ voce עֵדֶן significatur. Eam igitur rem oportet fuisse regionem quandam. Et ipsa regio *Eden* tum fuit dicta. Cum dixisset, hortum fuisse *in Edene*, mox deinde addit, fuisse מִן־מִזְרָחָא *ad Orientem*. Scribit item, ex regione *Edene* profluxisse fluvium ad hortum irrigandum, & inde divisum fuisse eundem fluvium in quatuor רִבְעֵי *capita*. Amplius id quoq; addit, quæ nam singulorum *capitum* nomina fuerint.

XV. Non tantùm ex his apparet, S. Moysen certum quendam locum in hoc mundo, qui notus esse posset, voluisse demonstrare: sed & liquidò ex his intelligere potuerunt veteres Hebræi, ubi nam hortus iste jacuisset. Nobis quoq; quæ loca ista raro adimus, & si quando adimus, non tamen omnia nomina, quæ Moyses recensuit, nunc perinde ut olim frequentari animadvertimus; nobis quoq; inquam, de situ prædicti horti, sic ut de aliorum locorum situ, ex veteribus monumentis conijcere haud adedò difficile est. Vox עֵדֶן sine dubio regionem designat, uti dixi. Nec curandum quòd Bellarminus in lib. de grat. pr. hom. c. 13. *Sermones*. Persvasit ipsi autoritas vulgati Interpretis & aliorum quorundam, ut vocem עֵדֶן in Cap. II. Gen. crederet non nomen loci esse, sed esse nomen appellativum, & *voluptatem* significare. Non potest ita, Bellarmine. Si parum id est, quod jam dixi, in Hebræo non esse עֵדֶן, sed עֵדֶן בְּגֵן, sive æquum sit credere, ipsos fontes esse corruptos: saltem illud persvadeat, quòd paucis interjectis, vers. X. cap. II. Gen. sequitur, מִן־מִזְרָחָא *ex Edene* manasse fluvium. Ex quo fluvius manavit, id, credo, locus fuit. Ille verò *Eden* vocatur. Quamobrem sine dubio vox *Eden* locum designat. Quem verò locum in cap. II. Gen. designat, eum sine dubio designat etiam in cap. IV. Gen. v. 15. ubi Cain dicitur *habitaſſe in terra Nod* עֵדֶן בְּגֵן מִן־מִזְרָחָא
ad pla

ad plagam istam quæ respectu regionis Eden orientalis sit. Quis verò locus iste? & ubinam jacuit regio Eden, quæ hortum habuit? Licet id quoque ex sacris literis scire. In cap. XXVII. Ezech. recensentur variarum regionum incolæ, qui cum Tyriis negotiati fuerint: & qui vicini fuerunt, illi ibi conjunguntur. Inter alios verò nonnulli etiam memorantur his nominibus, חַרְן וְכַרְרַן וְעֵדֵן. Facile apparet, nomina locorum posita esse pro incolis: quod & sæpius in isto capite, uti & alibi, fieri solet. Cæterum de חַרְן Charan satis constat, fuisse urbem Mesopotamiæ, quæ à Latinis scriptoribus *Charræ* appellatur. Quare & Eden illinc non procul distare oportet. De כַּרְרַן obiter moneo, videri illam urbem esse quæ Gen. X. recensetur inter eas quas Nimrodus condidit, quæque ibi כַּרְרַן appellatur. Conjungitur & alibi nomen Eden cum nomine Charan. In II. Reg. XIX. recensetur oratio, quæ Sennacheribus usus est ad S. Hiskiam. Eâ verò oratione dictum est, Sannacheribi majores debellasse inter alios Gosan, Haran, Rezeph, & בני עֵדֵן filios Eden, qui fuerint in Thelassar. Vocibus Gosan, Haran, Rezeph, designantur itidem locorum quæ istæ nomina habuerunt, incolæ. Eodem modo vox עֵדֵן quoque sine addito poni posuisset, ut nihilominus incolæ loci significaret; quemadmodum sc. in prædicto Ezech. loco est factum. Sed addita est vox בני, quâ ipsi incolæ loci cui Eden nomen fuit, designantur. Porro quomodo in hoc proximo loco dicitur: ita & in Es. XXXVII. ubi & eadem historia est, legitur. Satis ergo apparet, Eden esse circa Mesopotamiam. Amplius vero idem ille locus sine dubio etiam designatus est in cap. LI. Es. v. 3: *Fecit desertum ejus, ut Edenem, & eremum ejus ut hortum Dei, hoc est amenissimum.* Quidam putant fuisse & in Syriâ Cœle urbem nomine עֵדֵן Eden: eamque indigitatam esse in cap. I. Amos. v. 5. Sed videtur ipsi urbi nomen fuisse non עֵדֵן, sed בֵּית עֵדֵן. Dicit ibi Deus, *se excisurum tenentem sceptrum עֵדֵן מַכְבִּירַת de Betheden.* Sic & paulo post dicit, *se excisurum sceptrum מַשְׁקֶלָיו ex Afcalone.*

XVI. Amplius S. Moyses prodidit, hortum istum, in quo initio egerunt protoplasti, fuisse עֵדֵן. Quod vertendum est, *versus orientem.* Latinus vertit, *à principio.* Et ita quidem verti potest in aliis quibusdam locis. Hic verò altera ista versio commodior est.

Qvo.

Quoniam scilicet S. Moyses situm horti demonstrare jam cœpit voce
 בְּעֵרָה, verisimile est voce מְקָרָם quoque; situm loci eum demonstrare vo-
 luisset. Sed dubitet quis, an vox ista cū isto præfixo, ad demonstrandum
 situm loci satis sit apta. De voce קָרָם quidem facillè liquere potest,
 quòd orientalem mundi plagam significet. Præfixum מְ autem isto
 significatu paulò rarius est. Sed observare tamen & alibi licet istum
 similem istius præfixi vim. Manifestum exemplum est Gen. XIII. 11.
 ubi Loth dicitur profectus fuisse מְקָרָם *versus Orientem*. Versa-
 bantur Lotus & Abrahamus in Palæstinâ, & unis iisdemque; usi fuerant
 pascuis. Tunc verò, monente certis de causis ipso Abrahamo, disces-
 serunt à se invicem, ut pascuis postilla uterentur separatis. Et Lotus
 quidem elegisse sibi dicitur planitiem Jordani, atque ita profectus fuis-
 se מְקָרָם *ad orientem*. Cum igitur מְקָרָם idem quod *versus orientem*,
 significare possit, quis dubitet ampliùs in cap. II. Gen. quoque; idem
 illud significare? Id verò cum prioribus illis apprimè congruit. Di-
 xerat Moyses, hortum fuisse *in Edene*. Nunc addit, fuisse *versus orientem*.
 Constat verò *Edenem* regionem respectu Ægypti & deserti Ara-
 biæ, in quorum alterutro S. Moyses sine dubio Genesin scripsit, om-
 nino versus Orientem jacere. Certè Mesopotamia & Babylonia
 respectu Ægypti & deserti Arabiæ versus Orientem vergunt. Qua-
 re & *Eden* regio, quam circa Mesopotamiam ac Babyloniam jacuisse
 paulò antè ostendimus, respectu eorundem locorum versus Orientem
 jacuit.

XVII. Plura adhuc suppeditat S. Moyses, ex quibus, ubinam
 hortus fuerit, dignoscere licet. Prodidit scilicet & de fluviis qui *Edenem*
 regionem, ubi ipse hortus fuit, permearint. Verba ipsius Moy-
 sis sic habent: *Et fluvius exibat ex Edene ad irrigandum hortum,*
 וּמֵשָׁם יִפְרָד וְהָיָה לְאַרְבָּעָה רֵאשִׁים & *inde dividitur fluvius,*
fiuntque; ex eo quatuor capita. Hic observes velim, primò unum flu-
 vium dici exiisse ex Edene, & quidem ad irrigandum hortum: dein-
 de unum istum fluvium dici in quatuor capita dividi. Ergo apparet,
 in ipsâ regione Eden (an & per totam illam, non liquet) fuisse unum
 quendam fluvium, unumque; alveum. Deinde, unum istum fluvium
 in ipsâ illâ regione dividi in quatuor capita. Sed quid illud, fluvium

C

רֵאשִׁים

¶ *Utrum exire, egredi ex Edene? An illud, in Edene fluvii istius fontem esse? Ita sanè Bellarminus voluit. Vide lib. ejus de grat. pr. hom. cap. XII. Negat is, paradisum fuisse in Mesopotamiâ, & adversus idem illud ita disserit: In ipso Paradiso oriebatur fluvius, qui inde dividebatur in quatuor capita, quorum nomina sunt Euphrates, Tigris, Pison, & Geon. At in Mesopotamiâ nullus istiusmodi fluvius oritur. Fluunt quidem per Mesopotamiam Euphrates & Tigris: cæterum non ibi oriuntur, sed in Armenia suos fontes habent. Quare secundum hanc rationem Armenia potius, quàm Mesopotamia paradisi nomen congrueret. Porro Pison & Geon, neque in Mesopotamiâ fontes habent, neq; in eâ ullo modo reperiuntur. Contra hæc Bellarmini primò observetur, quòd S. Moyses non scripserit, fluvium exisse ex paradiso sive horto: sed verò exisse **פַּרְסַי** ex Edene regione, & quidem ad irrigandum hortum. Ex quo & ampliùs intelligi licet, non in ipso horto istam fluvii in quatuor capita divisionem factam fuisse: sed factam eam fuisse in regione Eden, quam sanè paulò ampliorem fuisse oportet, quàm ipse hortus fuit.*

XVIII. Quàm verò insulsus illud, quòd Bellarminus credidit, fontem fluvii istius qui in quatuor capita divisus fuit, in paradiso fuisse. Capita istorum sine dubio unum fuit Euphrates: alterum Tigris: tertium Pison vocatur: quartum deniq; Gihon. Ergo jam quatuor capita ex uno eodemq; fluvio orta unum eundemq; fontem habuerunt. Et Euphrates quidem Tigrisq; ex uno eodemq; fonte profluxerunt. Hæc planè **εὐφρο** sunt atq; inepta. Memoravit S. Moyses fluvios istis nominibus, quæ ipsius ætate, & ulterius quoq; illi habuerunt, **פַּרְסַי / תִּיגְרִי / פִּיֶּסֶן / גִּיחוֹן**. De horum verò duobus ne ipse quidem Bellarminus dubitaverat, esse Euphratem & Tigrim. Nec sanè de his difficile est conjicere: siquidem in sacris literis duorum istorum sæpenumero fit mentio. An ergo cuiquam verisimile fieri potest, Euphratem & Tigrim communem aliquando habuisse fontem? Quis tandem communis iste fons erit? An ille, ex quo aliquot jam annorum millibus profluxit Euphrates? An verò is ex quo multis itidem annorum millibus scaturivit Tigris? Horum alterutra si dixerit Bellarminus, oportebit sanè regionem Eden juxta unum istorum fontium jacuisse. Sed nec ad Euphratis fontem, nec
 rur-

rurſus ad fontē Tigridis regionem Eden jacuiſſe Bellarmin⁹ exiſtima-
 bit, ut ex his qvæ in prædīctio libro ſcriptitavit, facilè intelligi poteſt.
 Quid igitur? An neuter iſtorum fontium, qvos hodieq; habent Ti-
 gris atq; Euphrates, initio omnium rerum, & cum hortus exiſteteret,
 duorum iſtorum fluviorum communis fuit? An uterq; illorum fon-
 tium ex uno quidem, ſed ab hodiernis illis planè diverſo fonte pro-
 manavit? Qvis igitur crederet, fluvios ſic manere potuiſſe eodem il-
 los, qui initio omnium rerum fuerunt? Moyses, ut dixi, fluvios vo-
 cat talibus nominibus qvæ ipſius ætate hominibus ſatis cognita fue-
 runt, *Pbrat* ſcil. & *Chiddekel*. Et ſine dubio intellexit duos iſtos,
 qui פְּרַת & חִדְדֵּקֶל ſive *qv. Μεσσηνταμίας* incingunt. Si autem tales
 duos intellexiſſet, qvorum utriusqve fontes diverſi fuiſſent ab
 iſtis fontibus qvos ipſius Moyses ætate, Euphrates & Tigris habue-
 runt, non potuiſſet illos פְּרַת & חִדְדֵּקֶל appellare. Neq; enim
 verosimile fieri poteſt, duos fluvios qui vel unum vel plures fontes
 habeant diverſos ab iſtis fontibus, ex qvibus Euphrates & Tigris pro-
 manant, nominibus Euphratis & Tigris tamen poſſe appellari. Ha-
 buiſſent ſanè fluvii iſti alveos diverſos ab his per qvos Euphrates & Ti-
 gris in ſinum Perſicum devolvuntur, & propterea aliis qvoq; nomi-
 nibus appellandi fuiſſent.

XIX. Qvòd igitur S. Moyses prodidit, fluvium exiſſe ex re-
 gione Eden, indidemq; diviſum fuiſſe in qvatuor מַטְוֵן *capita*, id
 multò aliter intelligendum eſt, qvàm Bellarmino viſum fuit. Nimi-
 rum propterea fluvius dicitur exiſſe ex regione *Eden*, indidemq; in
 qvatuor capita diviſum fuiſſe, qvòd primò Euphrates & Tigris, cum
 ambo à Septentrione devoluti regionem Eden attingiſſent, ibidem in
 unum eundemq; alveum concurrerent, atq; ita unum qvoq; confice-
 rent flumen: qvòd item alii duo fluvii, Piſon quidem & Gichon dicti,
 in eundem iſtum alveum concurrerent. Regionem Eden igitur appa-
 ret ibi fuiſſe, ubi Euphratis Tigridisq; confluens eſt. Quid verò de
 alteris duobus fluviiſ, Piſone & Gichone dicemus? Plurimi Veterum
 putarunt, Piſonem eſſe Gangem Indiæ: Gichonem verò eſſe Nilum
 Ægypti fluvium. Ita Joſephus, Epiphanius, Hieronymus, Ambro-
 ſius, Auguſtinus, aliiq;. Sed hæc Veterum de duobus fluminibus opi-
 nio nullà ratione fieri poſſit verosimilis. Quid Nilo & Gangi cum
 Euphra-

Euphrate & Tigri? Ergone putandum, Nili & Gangis aquas commixtas initio fuisse cum aquis Euphratis & Tigris? Si talis rerum metamorphosis facta fuisset, non video, quomodo sacer Scriptor istis nominibus appellare potuisset fluvios, quæ ipsius ætate obtinuerunt.

XX. Alii Viri docti suspicati sunt per Pisonem & Gichonem designari duo brachia in quæ rursus scissus fuerit Euphrates, antequam in sinum Persicum devolveretur. Atque horum sententiam inter alias recenset quoque Bellarminus: sed eam non approbat. Respondent aliqui inquit, in Mesopotamiâ Euphratem & Tigrim conjungi, & paulò post iterum separari, atque ita effici quatuor capita ac veluti flumina. Eam sententiam tenuit etiam Magnus Scaliger. In lib. V. de Emend. temp. p. 369. de quatuor unius fluminis capitibus ita scribit: *Sciunt omnes Tigrim & Euphratem commisceri, & ingenti atveo in mare Persicum exonerari; sed antequam excipiantur sinu Persico, iterum in duo ingentia flumina scinduntur instar Padis & Rhodani. Fluentum igitur Orientale Moses vocat פַּרְסִי, hoc est παρηνύργον, propter paludes ingentes, quas efficit, cujusmodi est Padusa, quam Padus fluvius facit. Alterum quod Occidentem spectat, vocat אֲרַבִּי, hoc est, emissarium. Est enim porrectius altero, & propterea dictum est emissarium.* Nobis quoque nihil aliud nunc succurrit, quam Pisonem & Gichonem esse duo brachia, in quæ unum fluentum, quod ex Euphrate Tigrideque ortum sit, sese dividat, atque ita in sinum Persicum devolvatur. Statuendum jam igitur, regionem Eden fuisse circa Euphratis & Tigridis confluentem. Et quia amœnissimus iste hortus, quem Deus protoplastis initio habitaculum esse voluit, dicitur fuisse in regione Eden, oportet ipsum quoque hortum circa eadem loca fuisse. Ipsam appellationem Eden procul dubio accepit regio ista, quod præcipuè illa amœna esset. Vox אֲדֵן utique voluptatem, delectationem significat. Et manifestè ad istam loci amœnitatem in cap. LI. Es. v. 3. alluditur. Nec extincta planè fuit amœnitas ista, postquam protoplasti lapsi fuerunt. Constat quoque de eadem amœnitate ex Curtio, Plinio, aliisque Scriptoribus, qui multis seculis post Moysen, & multo pluribus post exordium mundi vixerunt.



COROLLARIA.

Duplex hallucinatio est in vulgata versione initio sexti capituli lib. II. Samuelis, & quidem in his verbis: Surrexit David & abiit, & universus populus qui erat cum eo de viris Juda ut adducerent arcam Dei. Pro postremis his, de viris Juda ut adducerent arcam Dei, debuisse sic verti, versus Baalim (urbem) Juda, ut adducerent inde arcam Dei. *Hebræa sic habent:*
 מְבַעְרֵי יְהוּדָה לְהַעֲלוֹת מִשָּׁם אֶת אֲרוֹן הָאֱלֹהִים
 Quod verò rectè sic vertatur, ut nos vertimus, intelligi licet ex voce מִשָּׁם inde: quâ sanè ad locum quendam unde arca deportanda fuit, respicitur. Nisi autem vocem בְּעַרִי pro nomine proprio loci accipias, nullus locus in proximis precedentibus nominatus fuit. Optimè etiam idem illud intelligitur ex loco parallelo I. Par. XIII. v. 6. qui ita habet: Et ascendit David & omnis Israël בְּעַלְתָּה Baalam, Nimirum una eademq; urbs dicta fuit Baalim & Baala. In his posterioribus verò motus ad locum expressus est vulgari modo, per ה locale scilicet. In prioribus autem idem motus expressus est per præfixum מ.

II. In eodem cap. v. 3. malè etiam sic versum est, Tulerunt eam (arcam) de domo Abinadab qui erat in Gabaa. Postrema illa debebant sic verti, qui erat in colle. *Hebræa sic habent,* אֲשֶׁר בְּבִעְרֵי. Scilicet ipse Abinadab, in cujus aedibus arca fœderis asserata fuerat, in loco edito, in colle habitavit.


III Phrasin ἀπράγμων ἡγήσατο, quæ Phil. II. v. 6. legitur, variè haecenus tractarunt Philologi. Nos hunc ejus sensum esse putamus, non ostentavit uti prædā ostentare solemus, non sic usus eo fuit uti prædā uti solemus, eam sc. ostentando. Sic ἡγήσατο putare significet usurpare, tractare sic ut aliud, Similem phrasin habet Dionysius Halicarnassensis in lib. III.

Antiq.

Antiq. Rom. cum dicit, ζημιτισμόν ἡγάμησι τὸ πόλεμος, lucrum putantes bellum, hoc est, bello sic utentes ut re quadam ex qua lucrum captare solemus. Nec absimile est quod in secundo Tuscul. qq. habet Tullius: Disciplinam suam non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet.

IV. Solenne est Prophetis, operas ministrorum in convertendis infidelibus describere talibus verbis, qualibus victoria corporalis describi solet. Talia sunt illa Es. XI. 14: Volabunt (Judas & Ephraim) in humeros Philistæorum ad mare: simul prædabuntur filios Orientis. Idumæa & Moab mittent manus suas, & filii Ammon obedientes erunt. Vide & Zach. IX. 13. Mich. V. v. 61. itemq. prophetiam Obadja. Consimili metaphora in N. T. usum reperimus S. Paulum I. Cor. X. v. 4. & 5. ubi dicit, Apostolos καθάρσει λογισμῶν καὶ πᾶν ὑψώμα ἐπαυρόμενον καὶ τὸ γνώσας τὸ θεῶν, καὶ αἰχμαλωτίειν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ χριστοῦ. Cum Apostoli infideles refractarios converterunt, tum καθεύον λογισμῶν demoliti fuerunt consilia, tum ἡκμαλώτισον νόημα: καὶ εἰς ὑπακοὴν πίστεως captivas duxerunt cogitationes in obedientiam Christi,





rursus ad fontē Tigridis regionem Eden jacu-
bit, ut ex his quæ in prædicto libro scriptavit.
Quid igitur? An neuter istorum fontium, qui
Tigris atque Euphrates, initio omnium rerum, &
duorum istorum fluviorum communis fuit?
An utrumque ex uno quidem, sed ab hodiernis illis plu-
rimè manavit? Quis igitur credit, fluvios sic man-
uisse, qui initio omnium rerum fuerunt? Moy-
ses talibus nominibus quæ ipsius ætate nomi-
nata sunt, *Phrat* scilicet & *Chiddekel*. Et sine dubio
qui *אֲרָם נְהַרְרִים* sive *אֲרָם נְהַרְרִים* in
duos intellexisset, quorum utriusque fontem
istis fontibus quos ipsius Moyse ætate, Euphratem
et Tigrim, non potuisset illos *אֲרָם נְהַרְרִים*
verosimile fieri potest, duos fluvios qui vel
habeant diversos ab istis fontibus, ex quibus
emanant, nominibus Euphratis & Tigridis tamen
habuissent sanè fluvii isti alveos diversos ab his
quos in sinum Persicum devolvuntur, & pro-
prie appellandi fuissent.

XIX. Quòd dicitur S. Moyses prodigium
in regione Eden, indidemque divisum fuisse in quatuor
multò aliter intelligendum est, quàm Bellarminus
propterea fluvius dicitur exisse ex quatuor
capitibus divisum fuisse, quòd primò Eden
ambo à Septentrione devoluti regionem Eden
in unum eundemque alveum concurrerent, atque
confluissent in unum flumen: quòd item alii duo fluvii, Pisonem
et Gichonem, in eundem istum alveum concurrerent. Regem
ibi fuisse, ubi Euphratis Tigridisque confluerent
alteris duobus fluvii, Pisonem & Gichonem dice-
re putarunt, Pisonem esse Gangem Indiæ: Gichonem
Egypti fluvium. Ita Iosephus, Epiphanius, Augustinus,
aliique. Sed hæc Veterum opinio nullà ratione fieri potest
verosimilis. Q

existima-
gi potest.
abent Ti-
xisteret,
rum fon-
onte pro-
osdem il-
avios vo-
gnita fue-
uos istos,
tem tales
iffissent ab
is habue-
leq; enim
res fontes
gris pro-
ri. Ha-
tes & Ti-
q; nomi-

ffe ex re-
capita, id
Nimi-
demq; in
gris, cum
bidem in
conifice-
non dicti,
itur appa-
d verò de
Veterum
ffe Nilum
, Ambro-
nibus opi-
ngi cum
Euphra-

